

*cum Elias ab Apostolis in monte conspectum beati regni sui consortem referuauit. Dure, ac asperè pupugerat Dominus olim Moysen ob peccatum commissum ad aquas contradictionis Numer. 20. num. 12. indéque Promissionis terræ ingressus ei non est concessus. Deuteron. 32. num. 49. ne ergo dilectus Dei seruus Moyses semper ex illis rigidis verbis sibi amaricatus, ac molestus aliquantulum adesset; ideo antequam resurrectionis gloria adueniret, mirificè Transfigurationis spectaculo, fauorèque tam insigni fuit recreandus, ac lætificandus, & ita insigniter, vt ipsi Moysi primus assignetur locus, tam in relatis Euangelistarum verbis, quàm in D. Petri dictis; Tibi vnum, Moysi vnum, Elias vnum.*

Numer. 20.

Deuter. 32. Amicus clarè reiectus, aliquo fauore recreandus.

133.

Numer. 20. Poenitentem innocentiibus antefertur.

Luc. 24.

134.

Ezechiel. 14.

4 Reg. 19. 3. Reg. 15. 4. Reg. 8. & 20.

Plus conceditur ob poenitentem, quàm ob innocentem.

Bacharius.

Quartò. Elias purus, & innocens. Moyses verò apud aquas contradictionis deliquit Numer. 20. num. 12. Ex qua culpa ita, dolore innouatus, pulcher, ac conspicuus resurgit, vt ad se maximè diuinæ maiestatis oculos attrahat, vt non innocentia, sed poenitentia tantæ primus locus referatur. Currunt ad sepulchrum Petrus, & Ioannes; & tamen in Resurrectionis gloria Dominus resplendens non dicitur, quod se manifestauerit putò, ac innocenti Ioanni, sed Petro contrito, ac poenitenti, iuxta: Surrexit Dominus vere, & apparuit Simoni. Luc. 24. num. 24. Ioanni, quantum constat ex textu Euangelico, postea apparuit cum aliis Discipulis. Luc. 24. num. 37.

Ait Deus: Si fuerint tres viri isti in medio eius, Noë, Daniel, & Iob. Vno ego, dicit Dominus, quia nec filios, nec filias liberabunt, sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur Ezechiel. 14. num. 16. Valdè mirum, quod si tres viri illi sanctissimi steterint orantes coram Domino, non liberabunt filios suos, nec terram à pestilentia, ac perditione, sed solum semetipsos. Et tamen passum in Scriptura Deus dicitur misereri, ac parcere filiis Dauid, ac regno Israel ob ipsum Dauidem. Protegam urbem hanc, & saluabo eam propter me, & propter Dauid seruum meum. 4. Regum 19. num. 34. & 3. Regum 15. num. 4. & 4. Regum 8. num. 19. & 20. num. 6. & alibi sæpè. Cur tres illi viri sanctissimi non eripiant filios suos ab interitu, & perditione; sicut ipsa Dauidis memoria valet protegere? Illi puri, & innocentes; Dauid peccator poenitens, & contritus. Vt ergo ostendatur, quàm beneuolo animo Deus erga poenitentes afficiatur, hinc aliquando plus fauoris, ac honoris poenitentibus, quàm innocentibus defertur; & cum trium sanctissimorum vitorum preces non admittat, maximè verò vnus poenitentis oratione ad pietatem inclinatur, ac ad misericordiam fleuitur. Pro hoc argumento facit id, quod dicit Bacharius Epist. de Recipiendis lapsis. Ille Nazareus est re promissione natus, quem cum in perniciem sui mulieris blandimenta vicissent, postmodum in fine obitus sui, sub martyrij passione, maiorem inimicorum exercitum prostrauisse, quàm ante quando Nazareus, hoc est, immaculatus fuerat, reperitur.

Pependit vltima verba. Maiorem Sanson de hostibus obrinuit victoriam, postquam blandimentis mulieris fuit victus, ac antequam illis esset superatus. Vide tom. 3. cap. 15. q. 24. num. 194.

Chrysof. ibi in eius persona sic fatur. Vos quidem, inquit, officium vestrum in me declarastis, ego autem nequaquam antea quicquam meæ ratione habebam, donec causam vos docuero, propter quâ in hanc viam suam missus.

Tertidò Dupliciter mors Christo Domino præsentata est: in Horto, ac in Thabor. In Horto præ agoniam cepit contristari, ac moerens esse. Matt. 26. n. 37. At in Thabor vehemèter resurgebat in gloria. Resplenduit

QVÆSTIO XVI.

Quare in tanta gloria de excessu, ac morte Domini fit sermo?

**Q**UÆSTIO præsens est: Quare in tanta gloria de excessu, ac morte Christi erat sermo? nam excessus, idest exitus, vt dixi in expositione. Ego dixi in excessu meo. Psal. 115. n. 2. In Hebræo. Ego dixi in fuga, ac exitu meo. Et notandum, quod Christi passio non dicitur excessus, seu excessiua, quando actualiter Christus eam sustinet, sed modò hic cum à longè spectatur, ac consideratur, vt notauit Lyranus. Dicebant excessum eius, idest passionem eius futuram, qua dicitur hic excessiua. Cum Christi passio actu toleratur, non dicitur excessus, seu excessiua, sed quando vt futura representatur. Calamitas imminens magis multiplicat timorem, ac exaggerat agoniam, quàm dum ipsa patitur, ac sustinetur. Durior calamitatis timor, quàm ipsius actualis tolerantia. Christus fortiter passionem reportat, ac tolerat; & tamen illius pauore præ agoniam in Horto sanguinem sudat. Ad quæstionem

135.

Psal. 115. Hebræus.

Lyran.

Durior mortis timor, quàm illius actualis tolerantia.

136.

Chrysof. Euthym.

Euthym. Crux, ac mors pro nobis gloria Christi.

Ioan. 1.

Chrysof.

137.

Optimi consiliarij non de propria incurantate, sed de bono communi agunt.

Genes. 24.

Chrysof.

Math. 16.

Resplenduit facies eius, vt Sol, & vestimenta eius facta sunt alba, vt nix. Quænam huius rei tanta differentia? In Horto prouidebat Dominus, talem futuram esse sui desertionem, vt se tanquam à Patre derelictum conuinceretur, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Matth. 27. num. 46. At in Thabor Pater maximè se declarabat illi assistens: Vox Patris audita est: filius autem, eum sibi habet patrem patrocinantem, ac assistentem, omnem mortem, ac dolorem suauem, facilièque reputat, & æstimat.

Matth. 27. Filium enim Patre suo sibi assistente nihil timet.

139.

Præsentia cælestis gloria temporalis vita nihil reputatur.

140.

Ezechiel.

Post visam gloriam temporalis amarum.

Gregorius.

141.

Psal. 83.

August.

Theophyl.

Quartò. Ad quid in gloria maiestate mors Christi in consilium vocatur? Homines vitam in magna æstimatione reputant: ne ergo pro conferenda Domini vita, morteque vitanda aliquod feratur suffragium, sed vt resolutio certa, & securura habeatur, res ipsa, diuina gloria fulgente, discutiatur, ad cuius intuitum temporalis vita, omniaque terrena pro nihilo habentur.

Ait Ezechiel 3. num. 14. Spiritus quoque lenauit me, & assumpsit me, & abij amarum in indignatione spiritus mei. Fatetur Propheta, quod à Dei spiritu per Angelum raptus sit ad cælestem, & sublimem visionem curtus gloria Domini Cherubim clamantibus voce magna: Benedicta gloria Domini de loco isto: & tamen subdit Propheta, Abij amarum, scilicet amaricatus, & tristis. Quomodo ex tam celebri, ac pericucunda illa visione, de qua egerat num. 12. ac cap. 2. in tantum tristitiam descendit? Quomodo non esset tristis, qui post visam illam cælestem gloriam, iterum in hoc temporalis circulo versari se inspiciebat illius miseris circumseptum, ac circumdatum. D. Gregorius homil. 10. in Ezechiel. Si quis, ait, iam cordis ore gustauerit, qua sit illa dulcedo cælestium pramiorum: que incomprehensibilis visio sanctæ Trinitatis: huic quando illud dulce sit, quod intus videt; tanto in amaritudinem vertitur omne, quod foris sustinet.

Beatus vir, cuius est auxilium abs te. ascensionem in corde suo disposuit, in valle lachrymarum in loco quem posuit. Psal. 83. num. 6. Ecce vir iustus Dei gratia adiutus habuit in corde suo ascensionem ad Deum, eiusque cælestem beatitudinem sed in hac valle lachrymarum, seu plorationis, vt legit D. August. in loco, in quo Deus eum posuit. Quid sibi assumit, ac eligit, nisi gemitum, & fletum, vt pote in valle lachrymarum. Sed quomodo ex tanta occasione in tot dolores, & luctus incidit? Meritò sanè qui iam cælestia gustauit, ac corde est amplexus, iam omnia terrena ei vilescunt, illaque vt minima, ac stercorea reputantur. Quid mirum ergo, cum se videat adhuc in istis detineri, quod in lachrymas, ac gemitus prorumpat? Theodoretus: Qui ascensionem, inquit, in corde suo admisit, & legislatoris benedictionem est adeptus; non visus, delictisq; sed luctus, & lachrymis se ipsum dat, ex hoc corpore liberari cupiens.

Apostolus de eadem re non loquitur, ac in tali negotio eorum sententia non exquiritur?

Respondeo primò. Quod Petri, Iacobi, & Ioannis multum interesse videbatur, quod Christus in monte perseveraret: erant tunc ipsi in gloria, immunes à cruce morte, ac laboribus huius vitæ: si in hoc negotio proferrent suffragium, absque dubio eorum sententia esset, vt Christus à monte non discederet. Homo proprio emolumento deditus, ineptus sane ad consilium.

143. Homo ex suo commodo ineptus ad consilium.

Secundò. Omnes tres isti Apostoli alicuius negotij sibi erant solliciti; nam Petrus dicebat: Domine, bonum est, nos hic esse. Iacobus, & Ioannes primas cathedras ambiebant. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram. Matth. 20. num. 20. Non ergo eorum suffragium exquiritur, sed aduocatur Moyses, & Elias, qui nullius proprii lucri, aut commodi affectu tenebantur.

144. Sollicitus negotij ineptus ad suffragium.

Math. 20.

Tertidò non aduocatur Petrus tanquam consiliarius; aperta enim erat eius mens pro Christi vita, Matth. 16. n. 22. non verò pro eius honore conferuando. Christum autem maxime decebat, pro hominibus vitam dare. Ex hoc enim capite, cum Petrus obfisteret, ne Dominus de monte descenderet, Vox Patris audita est, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Ac si diceret, Hic meus filius mihi placet, vt pro hominibus moriatur. Pater, qui in immensum plus, quàm Petrus, eum diligebat, vt pro hominibus vitam profunderet, volebat. Cum enim Pater perfectissimo amore filium prosequeretur, potius honori, quàm vitæ eius confulebat; ac proinde, vt ipse obiret, disponebat.

145.

Math. 26.

Verus amor honori, non vitæ consulit.

Sapiens ille rex Pharao, cum constituit Ioseph totius sui regni gubernatorem. Veritè nomen eius, & vocauit lingua Egyptiaca Saluatorem mundi. Genes. 41. num. 45. Constituit, vt amplius non diceretur Ioseph, quod interpretatur augmentum domini sui; sed vocaretur Saluator mundi. Agnouit prudens rex, maxime esse indecens honori suo, talem in domo habere ministrum, qui populi commoditate contempta, solum suæ utilitati attenderet; ideo ergo præcipit, vt transmutetur nomen, mandique Saluator nuncupetur. Ac si diceret, non patitur meus animus regius dispensatorem, qui meæ utilitati, non verò honori confular. Vide multa tom. 1. 2. & 3. Verbo Honor.

146.

Genes. 45.

Plus ad honorem, quàm ad emolumentum attendat Rex.

Matth. 17. Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse; si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, Eliæ vnum.

VERSIONES.

Syriacus. Domine mi.  
 Arabicus. Bonum est, vt maneamus hic:  
 Arias. Pulchrum est: nos hic esse; si vis faciamus hic tria vmbracula.

ALTER TEXTVS.

Marc. 9. n. 4. Et respondens Petrus, ait Iesu

QVÆSTIO XVII.

Quare in hoc concilio ad colloquium, ac suffragium non vocantur cum Apostoli Petrus, Iacobus, & Ioannes?

141.

IN Transfigurationis mysterio aderant præfentes Apostoli, & apparent loquentes cum Domino Moyses, & Elias de excessu, quem completurus erat in Ierusalem: Cur ergo etiam cum

Iesu: Rabbi, bonum est, nos hic esse, & faciamus tria tabernacula, tibi vnum, & Moyfi vnum, & Eliæ vnum.

Num. 5. Non enim sciebat, quid diceret: erant enim timore exterriti.

Luca 9. n. 31. Petrus verò, & qui cum illo erant grauari erant fomno. Et euigilantes viderunt maiestatem eius, & duos viros, qui stabant cum illo.

Num. 33. Et factum est, cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonum est, nos hic esse: & faciamus tria tabernacula; vnum tibi, vnum Moyfi, & vnum Eliæ: nesciens, quid diceret.

EXPOSITIO IV.

ARRAT D. Lucas, quòd Petrus, & qui cum illo erant, grauari erant fomno. Notanter dicitur, quòd Petrus, cuius, cum esset præful, erat euigilare, cum cæteris dormiebat. Hæc omnia, vt vult Tolet. in cap. 9. Luc. per anticipationem narrant Euangelistæ; nam ordo Transfigurationis talis est. Sub vesperum ascendit Christus cum Discipulis in montem, & cum omnibus orarent, somnus obrepit Discipulis, sicut in Horto: ipsis dormientibus, cum Christus Dominus oraret, ipse in gloria transfiguratur, eique adfuerunt Moyse, & Eliæ. Tunc euigilarunt Discipuli, & Dominum transfiguratum viderunt cum Moyse, & Eliæ de sua morte, ac passione habentem colloquium. Tuncque ad vocem Patris timuerunt Discipuli. Sed de hoc infra quæst. 28.

Et qui cum illo erant, grauari erant fomno. D. Chrysostr. homil. 58. in Matth. hunc somnum interpretatur virium resolutionem à visione deriuatam. Euthymius, Theophylactus obfuscationem oculorum dicunt à nimio splendore gloriæ. Tamen commuor est sententia, quòd intelligitur somnus naturalis. In hac resolutione est etiam D. Ambrosius, Caietanus, Iansenius, Toletus, Barradas, & alij. Erant enim Discipuli fatigati à diuino labore, nec obfuscatio oculorum proprie dicitur somnus. De hoc fomno infra agam quæst. 30. Et euigilantes viderunt maiestatem eius, gloriam, & decus Christi, & duos viros, qui stabant cum illo; non solum viderunt, sed etiam eos audierunt loquentes. Si enim à carnali somno vigilemus, Dominum cum suis Sanctis in gloria videbimus. Nota Christi mansuetudinem, quòd non statim hic increpat Discipulos ob somnum, sed patienter sustinet, paulatim ad perfectiora producat. Et factum est, cum discederent ab illo. Quandiu Moyse, & Eliæ erant cum Domino, nihil dixit Petrus, at cum discederent ab illo, hoc est, cum pararent discedere ab eo, vt explicat D. Anselmus, Caietanus, Toletus, & alij. Sic habet Syriacus. Cum cepissent discedere.

147. **N**otetur. Ordo Transfigurationis. 148. Chrysostr. Euthym. Theophyl. Ambros. Caietan. Iansenius. Barrad. Præful aliquando distinet suorum defectus. Anselm. Caietan. Toletus. Syriacus.

Respondens, more Hebraico, vt notat Abulensis quæst. 59. pro dixit Petrus: ex omnibus Discipulis ipse loquitur, quia, vt ait D. Hieronymus in cap. 16. Matth. cæteris feruentior erat. Bonum est, seu, vt Græcus, Pulchrum, hoc est, nobis est periuicundum, & gratum. Beda. Si ad punctum tantum delectat visa gloria Christi inter duos Prophetas, quid erit felicitas visionis Deitatis inter choros Angelorum? Hic esse, seu, vt hic maneamus. Theophylactus. Ne dicas cum Petro, bonum est, nos hic esse; oportet semper proficere, & in vno gradu virtutis non permanere, sed semper ad vteriora procedere. Si vis. Iam, vt notat D. Paschas. lib. 8. in Matth. Albertus Magnus: non loquitur absolute Petrus, vt antea obfistens passioni dixerat, Absit à te Domine, Matth. 16. num. 22. Sed nunc, increpatione prudentior factus, diuinæ voluntati sese submittit. Hic etiam quædam animositas Patri notanda est. Dixit enim, Domine, bonum est, nos hic esse, quòd scilicet Dominus in monte permaneret. Et tamen ipse Dominus de monte descendente est associatus; ac in Horto pro eius defensione pugnans euaginato gladio seruum pontificis percussit. Et hodie ad pugnam te multi exhortantur, & in ipso conflictu te deserunt. Bonum est, nos hic esse. Hæc dicebat Petrus ex stupore humanæ fragilitatis. Tria tabernacula, seu umbracula, seu tentoria ne aliqua loci incommoditate tanto bono priuimur. Nesciebat, quid diceret. Erat enim extra se raptus, tum ob magnitudinem gloriæ; tum obtinorsem, vt exprimit D. Marcus. Erant enim timore exterriti. Et ideo instat hominis attoniti non considerabat ea, quæ dicebat.

149. Abulens. Hieronym. Græcus. Beda. Theophyl. Paschas. Alb. Maga. Matth. 16. Increpatione fit homo prudens. Et si Petrus obfistit Domini descensui, tamen postea pro eo pugnat. Marc.

QUESTIO XVIII.

Quare Petrus tam pro se, quàm pro alijs loquitur.

NOTANDVM in limine huius quæstionis, quòd cum olim Deus descendisset cum gloria in nube ad dandam legem Moyfi in monte Sinai, Exod. 19. num. 22. cùmque populus vidisset voces, lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem, Perterriti, ac pauore concussi steterunt procul, dicentes Moyfi, loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur, Exod. 20. num. 18. At Apostoli in præsentia ita visa gloria Domini, ac audito eius colloquio de excessu, delectantur, vt dicat Petrus: Domine, bonum est, nos hic esse, si vis faciamus hic tria, &c. Cur illic tantus timor; hic verò tanta iucunditas, & suauitas? In Sinai, etsi aderat Dei dimissio descendente in terram; tamen illa suprema maiestas nube, & gloria abscondebatur. At in Thabor ipsa Domini dimissio. Loquebantur de excessu, seu morte: erat patens, & manifesta. Humilitas autem, & dimissio, maiestate abscondita, terret: ipsa verò humilitas inter gloriam manifestata, latificat, & dat animos. In Sina resonat vox Domini, in Thabor vox Patris resonat: Hic est filius meus. Ausculta Damasc. Orat. de Transfig. Equidem olim in monte Sina fumus, procellæ, & caligo, & ignis terrorem inferens summam illam dimissionem occultabant. Nunc autem omnia splendore, ac luce profunduntur, etenim ipse Dominus ex paterno sinu accessit, ad seruos indulgenter se dimittens, ac serui formam suscipiens, habitusq. homo factus.

150. Exod. 19. Exod. 20. Humilitas abscondita maiestate terret, manifestata dat animos. Damascen.

Ad

Ad quæstionem respondeo primò. Quòd Petrus de suo more pro omnibus loquitur, vt passim fit in toto Euangelij discursu. Nam siue homo in sæculi miseria, siue in summa felicitate degat, semper in suam consuetudinem propendit, & prodit. Secundo. Dicit potest ex D. Chrysostr. ac Abulensi quæst. 60. Quòd alij duo Apostoli Iacobus, & Ioannes vehementer desiderarunt in tanta illa gloria permanere, quantam antea nunquam fuerant experti: quorum desiderium ex facie, quæ est animi index deprehendit Petrus, proindeque ipse vt omnibus feruentior, pro se, ac alijs loquitur.

151. Tertiò. Erat Petrus constitutus præful ac princeps Apostolorum; imò hoc est vulgare hominum ingenium, vt ex suo animo velint aliorum voluntates diiudicare, ac appendere, & quod eis placet, omnibus, placere sibi persuadent; sicut quod eis displicet, omnibus esse in odio. Cùm Petrus maxime delectaretur montis permanentia, ex suo desiderio aliorum voluntates diiudicauit. Post commissum peccatum primorum parentum, venit Deus vocans Adamum; qui ait: Vocem tuam audivi, & timui, eo quòd nudus essem, & abscondi me. Genes. 3. num. 10. Inepte satis respondit. Vnde cognouit ipse, quòd nuditas esset Deo inuisa, qui hominem nudum considerat? Præclare D. Isidorus relatus in Glossa. Stulte respondit, quasi Deo nudus displiceret, quem nudum fecerat: sed quod cuique displicet, hoc Deo displicere arbitrat.

152. Suo Dilecto ait Anima sancta: Trabe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum, Cantic. 1. n. 5. Duo asserit Sponsa in præsentia. Vnum, quòd ipsa vult ire post Sponsum: alterum, quòd adolescentulæ post ipsum current. Quòd ipsa velit associari Sponso, bene intelligitur, & quòd ab eo discedere nolit, rectè habet: ipsa enim dicebat de se: Fructus eius dulcis gutturi. Cantic. 2. num. 4. Vnde ait D. Bernardus serm. 48. Fructus eius dulcis gutturi meo: merito eius desiderauerat umbram. Volebat ire, esseque cum illo, ex cuius fructibus tantam dulcedinem percipiebat. At ex quo principio intulit, quòd adolescentulæ current, illius adherentes vestigijs. Ex dulcedine, quam ipsa degustabat in fructibus Sponsi, perpendit, quòd & adolescentulæ eandem haurirent, ac proinde sicut ob suauitatem ipsa volebat ire, sic & cogitauit, quòd & adolescentulæ currere vellent.

153. Hinc prudentissime Dauid ait Psalm. 118. n. 71. Bonum mihi, quia humiliasti me. Genebrardus. Affixisti me. Non ait, bonum nobis, quia nos humiliasti, seu afflixisti, sed bonum mihi. Fieri enim poterat, vt huiusmodi afflictiones, & plagæ, alijs illatæ, ad exacerbationem, ac obdurationem eis inferirent: mihi verò valde bonum, quia afflixisti me, vt discam iustificaciones tuas.

154. Quod tibi placet, omnibus placeat, putas.

155. NOTANDVM est, quòd Petrus non dixit, faciamus hic domos, sed tabernacula. Inter quæ hoc inest discrimen, quòd domus ædificatur, vt fixum, ac permanens domicilium; tabernaculum autem, seu tentorium, vt quid more viatorum ad non diu, sed breuiter manendum construi-

156. Origenes. **A**braha quia vult quia in capta habet. Ioan. 13. Ioan. 8. 157. Damasc. Petrus in hoc non prophetauit. Beda. Nicephorus. Ioan. 11. 158. Chrysostr. Matth. 16. Euthym. Theophyl.

QUESTIO XIX.

Quare Petrus volebat, quòd fierent tabernacula?

NOTANDVM est, quòd Petrus non dixit, faciamus hic domos, sed tabernacula. Inter quæ hoc inest discrimen, quòd domus ædificatur, vt fixum, ac permanens domicilium; tabernaculum autem, seu tentorium, vt quid more viatorum ad non diu, sed breuiter manendum construi-

Illam gloria corporis, illeque vestium candor, vt ait D. Hieronymus hic, quid corporale est, & tactui subiacet. Cùm ergo illa gloria, licet esset quædam particula cælestis beatitudinis; cùm tamen in terra appareret, essetque subiecta oculo tactui, sensusque humanus illa in hoc sæculo frueretur, etsi nesciens quid diceret Petrus, in hoc tamen caute loquitur, bonum est, seu pulchrum, vt legit Græcus, id est gratum, & iucundum nobis, non vt faciamus tres domos permanentes, sed tria tabernacula transitoria, tum quia, cùm illa gloria appareret in hoc sæculo, valde abbreviata, ac non diu permanens esset, tum etiam quia in illa diuturna non periuicundarentur: oblectationes enim in hac mortali vita multum degustatæ quantocius in fastidium vertuntur. Solum supernæ patriæ æterna felicitas in sempiternum beat.

Ad quæstionem. Cur Petrus hic de faciendis tabernaculis agit? Primò existimat Origen. tract. 3. in Matth. Petrum hæc dixisse per mentis excessum à Dæmone permotum, per eum loquente: intendebat enim Dæmon specie illius boni Christi auertere à morte subeunda pro redemptioe generis humani. Hæc sententia est reiicienda: nam eo tempore Dæmon ignorabat, Christi mortem fututam esse in redemptionem generis humani; imò maxime instigabat Iudæos, vt Christum occiderent; dicitur Ioan. 13. num. 2. Cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudæis. Et Ioan. 8. num. 44. ait Christus Iudæis: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.

Secundo. D. Damascenus Orat. de Transfigur. existimat, quòd Petrus locutus est ex Spiritus sancti instinctu futura prædicentis, & veluti prophetauit Petrus, quòd in Ecclesia essent à fidelibus extruenda tabernacula, seu templa Christo Domino, ac eius seruis Moyfi, & Eliæ, quamuis ipse Petrus nesciret, quid diceret. Hæc sententia non est probanda: nam licet postea in monte Thabor, vt referunt Beda de locis sanctis cap. 17. & Nicephorus lib. 8. c. 30 in loco Transfigurationis ædificatæ fuerint tres Ecclesiæ, vna Christo Domino, alia Moyfi, alia Eliæ; tamen D. Petrus obtupefactus ex magnitudine gloriæ, vt explicant Sancti Patres, hæc dixit: faciamus tria tabernacula. nil aliud intendens, nec sciens quid diceret. Si autem ipse in hoc prophetaret, aliquis Euangelistarum non taceret, vt de Caipha exprimit Ioannes 11.

Tertiò. D. Chrysostr. homil. 57. asserit, quòd Petrus hæc dixerit ex amore erga Christum, vt illum diuerteret à morte subeunda: & hoc non audet palam, & aperte persuadere, ne iterum reprehendatur. Vade post me, Satanas. Matth. 16. n. 23. Sed occulte, ac per alia verba hoc suggerit, obiecta specie præsentis boni. Idem docent Euthymius, ac Theophylactus. Hæc etiam sententia non est amplectenda: nam Apostolus, tam apprimè in schola Christi enutritus, non ageret cum eo artificiose; optime sciebat Petrus, nil Christum latere, sed omnia illi esse aperta.

Quartò. D. Gregorius in libros Reg. lib. 2. c. 3. ait: Petrus cum Domino assumptus in gloria, seorsum sic esse semper cupiebat, & pro redemptione communi cum ad ignominiam crucis descendere nolbat. Nesciebat ergo quid diceret, sed ardentem, quòd videbat, amabat, quia profectò tantum bonum videbat, quòd sic non amari nullatenus poterat. Astruit hæc sententia, Petrum pro priuato suo commodo, vt ibi permaneret, totius mundi redemptionem velle impere.

Hieronym. Græcus. Beda in hoc sæculo transitoria, & in tadium vertuntur. 156. Origenes. 157. Damasc. Petrus in hoc non prophetauit. Beda. Nicephorus. Ioan. 11. 158. Chrysostr. Matth. 16. Euthym. Theophyl. 159. Gregor. Petrus non volebat impedire redemptionem.